

RÉVAI MIKLÓS LEVELEI PAINTNER MIHÁLYHOZ.

— Tizenegyedik és befejező közlemény. —

I. FÜGGELÉK.

Mellékletek Révai Miklósnak Paintner Mihályhoz intézett leveleihez.

1.

A Monsieur Monsieur Nicolas de Réva Pretre des Ecoles Pieuses. á Raab. Monsieur, mon tres reverend Pere! Son Altesse Royale Madame l'Archiduchesse ayant reçu la demande que Vous Lui avez fait parvenir: vouloir bien Vous accorder la Permission, de faire paroître, sous Sa Dedicace, un Livre contenant une Collection de Poetes Hongrois, a daigné in enjoindre de Vous faire scavoir, mon tres reverend Pere, qu'Elle /y consentoit da autant plus volontiers, que Son Altesse Royale verroit avec plaisir le Souvenir de Sa Personne reveillé aupres d'une Nation, avec la quelle Elle avoit lomg tem vecu avec Satisfaction, et qu'Elle a toujours cheri, et considerée avec distinction. J'ai l'honneur de m'acquitter de ces ordres, et celui d'etre avec la plus grande consideration Monsieur, mon tres reverend Pere. Votre Très humble et tres obeissant Serviteur De Kempelen mp. Generale Major. Bruxelles en 18. Nov. 1786. P. S. La Cour fait une absence de 9 Semaines en France; cet incident a retrardé ma présante reponse.

2.

Reverendissime Domine Praeposite! Domine, Patrone, Amice, observandissime!¹ Calendarium, credo, rite tibi tradiderit Dorler. De pecunia mihi transmissa etiam clarè tibi scripsi. Nescio, quid turbationum Peer Poonii de re mea excitaverit. Benedict mira mihi scripsit. Pecunia exigua adhuc collecta est. Ceterum nondum adest ultimus terminus. Interim utcunque res pecunia exciderit, nos tamen Faludiana imprimemus.

Futura septimana initium fiet. Res meas Viennensis Censura mira et benignitate, et celeritate approbavit. Obsecro te per Deum vivum, sis et mei sollicitus. Aliquam ibi Praefecturam etiamsi mediocre procura. Isthic, ut iam tibi semel perscripsi permanere non possum, ob angustias domesticas Dominorum, qui animo sunt erga me quidem optimo, et cum dolore me dimittunt, sed retinere me non possunt fere ad extremam paupertatem deventuri quam proxime. Quod vel huc usque dutare potuerint, factum est Creditorum misericordia. Miserere afflictæ meae sortis, et succurre mihi tuo dulci opera: sic te amica fortuna perpetuo sospitet, et amet. Vole. Tuus Cultor Perpetuus R.

3.

Allgemeine Literatur-Zeitung. Am 22. Aug. 1789. Der Verfasser ist durch eine lateinisch geschriebene Aesthetik und andere Schriften bekannt, deren Titel er unter seinen hier vorgesetzten Bildnisse hat mit aufführen lassen. Aber wir hoffen, dass er seine Kunst besser zu lehren

¹ Ez még Révainak Paintnerhez írott első levelei közé tartozik; de Paintner kifejejtette a rendes sorból és a Révaitól sajátkezűleg írott mellékletekhez csapta.

als auszuüben wisse: und dass der Pannonische Parnass noch edlere Gewächse trage, als diese Silva. Sie besteht aus Epigrammen, oder vielmehr Gelegenheits-Einfällen, Gratulationen, moralische Sentenzen u. s. w. nur folgende Verse aus einem Epigramm auf einem, der Adam Eva hiess, S. 136. rechnen wir nicht zu den moralischen. Die Erfindung ist mehrentheils ebenso arm, als der Versbau hart. Nur wenn Jesuiter gelobt, oder sonst in jesuitische Angelegenheiten eingreifende Gegenstände besungen werden, sieht man, das *pectus facit disertos*, z. E. Palafoxeus Canonisation, S. 54, und an einen sterbenden Ignatiades. S. 28. *Dulcis amice! Patrem!* (doch wohl Ignatium Loyolam.)

Für eine gewisse Klasse von Lesern, auch überhaupt für die Landsleute des Verfassers mögen seine Verse mehr Localinteresse haben, als für uns deren vieles ganz rethselhaft ist, z. B. *de Scriptore nimium glorioso*, S. 66. Eine Note sagt bloss, dass sich dies auf die Recension eines Zoologischen Gedichtes vor seinem *Gloriosus* in dem Helmstädtischen Annale beziehe, wodurch also wohl der *Gloriosus* gedemüthigt war. Solcher persönlichen Angüglichkeiten finden sich viele. Die besten Stücke unter allen sind noch auf die grosse Begebenheiten der ältern ungarischen Geschichte, bei welchen auch die sonst mit überflüssigen Herzgebigkeit untergesetzten Noten wohl angebracht sind. Astronomie aber scheint das Lieblingsstudium des Verfassers zu sein. Er hat auch sein Buch dem P. Hell gewidmet, und das ausführlichste Gedicht *Uramia* ihm noch besonders zugeschrieben, dass ihm aber Adam und Abraham schon grosse Astronomen sind, nimmt aus weit mehr Wunder, als dass er den Verfasser des *Horus* grober Ignoranz in der Astronomie bezüchtigt. *Quem male formasti Librum, bene Silva vocatur: Frigus habet, tenebras, ligna; sed ordo deest. Judicium Jenensium de Silva Pannonia.*

4.

Illustrissimo Domino Joanni Nepomuceno Somogyi de Medgyes S. C. R. A. M. Consiliario Aulico et ad Excelsam Cancellariam Regium Hungarico-Aulicam Referendario, Domino mihi gratissimo. Viennae.¹ Illustrissime Domine Consiliarie Aulice, Domine mihi gratissime!

Veniam certe merebor a tenerrimo erga afflictos Illustritatis Vestrae animo, quod pro simili homine Eiusdem patrocinium implorare praesumam. Est is R. D. Nicolaus Révai, olim e Scholis Piis, nunc Clero Seculari adscriptus, et Cathedram Humanitatis Strigonii expetens. Putat ille, commendatione mea aliqua apud Illustritatem Vestram siquidem Illustrissimum Lányi noscendi honorem non habeam, sibi admodum commodatum iri: qua opinione sua ne fallatur, erit gratiae Illustritatis Vestrae, illiusque affectus, quo me semper complecti dignabatur, novum argumentum. Debeo ego homini hoc officium, ut ab Exiesuitis duobus atris nonnihilo coloribus descriptus, ab alio Exiesuita qualem qualem honoris redintegratio-

¹ Ezt a fogalmazványt Révai *sajátkezüleg* írta és ezzel óhajtottá magát Paintnertől Bécsben ajáltni! melléklet a 34. sz. levélhez. Látszik, hogy Révai is többször felhasználta Paintner pártfogását, melyet a maga részéről annyira felhány élete végén Paintnernek. Betege volt már nagyon.

nem accipiat, cum ipsemet Jesuitarum honoris, contra Piaristarum morem, studiosus semper fuerit: sic Faludii Opera Poetica, et alia, illi vitam debent: Makonis Dissertatio de Fulmine Hungarice per ipsum loquitur: sic Michaelis Horváth, Joannis Baptistae Molnár, aliorumque laudes paginam non unam in eius operibus faciunt. Scio cum ob Elegias suas Hungaricas teneriores crisim aliquam subiisse; sed Poeta fuit, ut Szanyensis Parochus. *Talenti certe* in literatura, cum primis amoemiore, tam patria, quam latina *magni est*. Fatis diversis adhuc iactatus, cum nusquam stationem, genio suo aridentem, consequi potuerit: quid mirum, si et quandoque ferventior indoles hominem ultra abripuit, ac sorti suae expediens fuerat. Cur Reverendissimi Domini, Gregorius Szerdahelyi Budae, et Alexander Balogh Jaurini, Virum non admodum commendent, nolim Illustritati Vestrae pluribus exponere: at pace praestantissimorum Viro- rum dixero, eos in homine prosternendo nimium progressos fuisse; cum ex asse causae genuinae mihi a fidedignis Viris Jaurini detectae sint, et ego Révaium iam a viginti anni intimius noscam. Si itaque Illustritas Vestra ipsi in moderno statu suo prodesse voluerit, ego quoque rem in acceptis referam, ac Revaius aeternum obstrictus erit. — — — — me gratiis porro demisse aequae, ac impense commendans, iugi veneratione persisto Illustritatis Vestrae Ratóth, die 6-ta Aprilis 1796. Servus humillimus Michael Paintner m. p.

5.

Győrött pedig Rajnis toll tsatára is szállott ki mellettem. Ihol a levele. De magáért is főképen Barátom! (Révay Miklós.¹) Sok szomorú esetek között, a melyek téged is, engem is üldöztek, ne neheztelj, hogy Hárpoklatessé lettem. Néked köszönöm, hogy mély keserűségében elszen- deredett lelkemet valamennyire felébresztetted, tudtomra adván ama' fog- lalatosságodat, a' melly majd beteg erszényedet meg' orvosolja. Oh! bár tsak szárnyát szeghetnők e' jó szerentsének, hogy el ne repülhessen! Ez ugyan már valahára örvendetes hír, főképen rám nézve, a' kinek szívét Révai egészen elfoglalta. Édes Ötsém! bizony jó polczra ültél. Sok igaz Magyarok, a' kikkel Hirmondó leveleidnek zsengéjét közlöttem, ditsérik szép igyekezetedet. Tsak egynéhányan, a kik közül nem utólsó Keltz Prépost ur, ellened morgolódnak, hogy Szerzetes Pap lévén magadat illy dologba avattad. De, kérlek, evvel ne gondoldj: Lám könyvetskéimről is olly itéletet tett az említett Prépost, hogy jobbak volnának, ha Ritmu- sokat foglalnának magokba. Bizony későn talált érkezni imez arany lán- czos keresztes Úr, mikor az igaz itéletnek erejét, 's az emberiségnek kincseit osztották. Azokáért őtet tsak most nem régen ellened, 's ellenem való oktalan és gromba beszédjéért ime Ritmussal megkorpáztam.

INTÉS.

Világ tsúfjainak példás maradványa!
Te Magyar Hazánknak iszonyu ártánya!
Híre van temérdek tetted' állásának.
Büdös botskor bőrrel fődözött tsontjának:

¹ Rajnis levele Révaihoz.

Ősz sertével tarkás otromba fejednek,
 Söprü gyanánt ki nőtt rút szemöldöködnek :
 Bórnótos takonnyal tsöpögő orrodnak,
 Két felől őrt álló rozsdás agyarodnak.
 Házakat reszkettet hangos ptrüszszentésed,
 Sok tsömört szül folyó nyálad, 's bőfögésed.
 Hires azért neved, oh Hazánk' tsodája !
 Elég ez te néked, Markalf' unokája ;
 Ne vágyódjál többre paraszt meszéssel,
 Sem engem boszantó merész rőfögéssel.
 Mert bár, arany peretz fűgjön az orrodról,
 Hegyes író tollal le ejtlek lábodról.
 Intlek, ne háborgass ! van kard hüvelyemben,
 Van, bár ne tapasztald, sok nyíl a' tegzemben.

6.

Superioris Studiorum Directoris, Chrysostomi Novák, Malitiosa Opinio, de Nicolao Révay, dum is pro Inspectoratu Quinqueecclesiensi supplicavit post Bachmanni obitum. Nicolaus Révay, antea pluribus annis in Jaurinensibus Scholis Graphidis Magister, nunc in Strigoniensi Gymnasio Primae Humanitatis Professor. Hic Nationalium Scholarum Institutior alia quidem etiam Servitia praestitit, sed peculiariter de earum Graphide optime meritus est. Hoc in genere excellens, eius opera tanto maiorem attentionem habent, quod insignis eius in arte hac peritia, raro apud alios Magistros foedere, cum praeclara Humaniorum disciplinarum cognitione sit copulata. His accedit iusta ad res gerendas animi vis, iis instructa praesidiis, quae explendo Inspectoris Muneri partes in omnes cumulate sufficient. At inter haec dissimulari nequit, esse quaedam in Viro : quae praemissis rationibus inclinatum mentis annutum turbent, et spectato Officii delicato situ a definito assensu vehementer cohibeant. Ex his primum est, quod Instans hic ad positivam meam notitiam, dum adhuc in prioris suae Professionis Ordine consisteret, extra eiusdem Ordinis domicilia hinc inde, et diutius, imo constanter sit diversatus : quin ullis in sensus incidentibus rationibus ad *exlex huius modi vitae genus* evocatus videretur. Hoc subinde insecuta est totalis ab Ordine defectio, et, ut vocari solet, secularisatio. An haec subreptionis, obreptionis, vel iustorum, quae in gravissimo negotio operari debebant, principiorum partus sit, disquirendum non sumo : illud sancte assevero, nusquam huiusmodi sortis hominem mihi cognitum fuisse ; qui, vel sequiorum principiorum, vel iis respondentium sensationum, aut utriusque coniunctione, cacoethe minime laborasset. Utuntur hoc hominum genere, quibus placet, ad promovendam quacunque in parte humanae mentis culturam. Publicae Providentiae, si unquam, hac certe, serpentis, invalescentisque corruptionis aetate, inviolabile munus est, publicae educationis procurationem ab omnium eorum, a quibus, ob solutam principiorum, sensationum, sive actionum licentiam, non vanus est metus, influxu cautissime praeservare ; nec iis, quae communiter usu venire certum est, contrarias, sine positivis certisque momentis, suppositiones sensu, vel facto, periculose adoptare. Secundo, non ea modo, quae anno 1795 Jaurini acciderunt, sed ea quoque, quae antea in illustribus quibusdam Domibus praecesserunt, magno sunt argumento

commotae in Viro passionis, unam valentiorē esse; quam quae requisitae moderationis principiis regi, intra debitos necessariae patientiae limites contineri, et posito ad minus post tempus aestuantis animi paroxismo, ad ea, quae placidae, recteque sunt rationis, sequenda revocari possit. Humor iste vix est accommodus officio, continua pene exercendae humanae patientiae obiecta copiose proferenti. Tertio Instabilitas domum, et passio ad continuas mutationum vicissitudines, ita in Viro praedominans est: ut fere naturalis eius genius esse videatur, in nulla re esse consistentem. Id docet tota quidem antea vitae series, sed recentissimum quoque praesto est argumentum. Postquam a Jaurinensi Statione, citra ullam praescripti Ordinis habitam attentionem, rapta repentino disiliisset, hinc inde inter urgentes difficultatum angustias misere colluctatus, aegerrime tandem pertigit ad Humanitatem Strigoniensem, loco ibi vix calefacto, sollicitat Inspectoratum, exitu huius non expectato, iam media, et patrocina venatur ad Soproniensem Humanitatem via commutationis assequendam (*). Cum perpetuo hoc mutationum glomere quorsum ad Inspectoratum? (*) Et hoc mendacissime affingit homini, de hac commutationis via ne per somnium quidem cogitanti. Stephanus Kultsár, Secundae Humanitatis Professor, meditatū est commutationem cum Soproniensi Professore Tzinke. Hoc Nováko placuit in Révayum detorquere.

Hoc exemplar Humanissimae Opinioni fidei manu desumptum est, ad perennem memoriam, in Cancellaria Aulica.¹

II. FÜGGELEK.

Révai Miklós kiadatlan költeményei Paintner Mihályhoz intézett kéziratái közül.

1.

Serenissimo Principi Regio

LEOPOLDO

Archiduci, et Palatino.

O! lux Hungariae, decusque summum,
 Princeps Regie, Caesarumque Sanguis!
 Vt stas culmine dignitatis alto,
 Sic es sollicitis grauatus vsque
 Curis, Arbiter aequitatis almae,
 Et Custos populi tibi obsequentis.
 Siquid leuius occupationes
 Hae tam multiiugae sinunt remitti:
 Oro, praesidium tuum clienti
 In re difficili negare nolis:
 Tua qui fructus benignitate
 Jam te propitium sibi beatus
 Hunna sensit ouante gente tota.
 Hunc rex optimus, Optimusque Frater
 Tuus, Consilio suo Sacrato,
 Praeclare meritum, fauore summo
 Mandauit meliore collocandum

¹ Ez a véleményadás volt azoknak a szenvedélyes kifakadásoknak, gúnyneveknek az oka, melyeket Révay főnnebbi leveleiben Novák Krizosztomról annyiszor olvastunk.

Sede : vnde vtilior nouas refumat,
 Vires, splendidiusque molitur,
 Quae, mente in Patriam pia, fideli
 Voluit pectore, fidus vsque ciuis.
 Hunc Rex Optimus, Optimusque Frater
 Tuus, Magnifico suo Rescripto
 Sic dignatus, et antehac rogantem
 Verbis ipse suis potenter esse,
 Securum voluit lubens futuri.
 Da dicto veniam, Benigne Princeps !
 Sic nunc res mihi vertit, heu ! maligne :
 Vt occasio nata, perfruendi
 Hac Regis bonitate singulari,
 Ludatur misere mihi gementi :
 Et quod est grauius meo dolore,
 Luduntur sacrosancta verba Regis,
 Debent pondere dum suo carere.
 Carebunt, nisi prouides benigne,
 Et nil est reliquum tuo clienti,
 Quod vel temporibus roget futuris :
 Namque semper idem licebit illis,
 Quod primum licuit, quibus molesta
 Haec sunt proemia, liuidumque pectus.
 Et Aesthetica per graues Patronos,
 Scis, vt cesserit aemulo potenti,
 Anni tempore longius petita,
 Et multis studiis et implicatis :
 Quamuis egregie probarer aptus,
 Et multum meritis, diuque clarus,
 Virorum licet integerrimorum
 Certe iudicio satis frequenti.
 Hoc si grande probrum tuli reiectus,
 Innata tibi pro benignitate
 Te multum rogo feruideque, cura,
 Princeps Optime ! ne feram secundo.
 Virtuti pretium suum, decusque,
 Solamenque meo iube labori
 Reddi denique iam diu cupitum :
 Annis iam solidis decem, et molestis,
 Facto iugiter impigre labori :
 In quo nec proprio pepercit aeri,
 Quantumuis modico, refusus ardor :
 Paupertas modo nora Ciuitatis
 Ne natae vtiliter noceret arti.
 Vel commune bonum potenter abs te
 Protegi monet hunc tuum clientem :
 Vt sit, cur cupiat quis eminere
 Fide perpete, diligentiaque,
 Vel in munere quolibet minori,
 Quod aequae Patriae vtile est, vt amplum,
 Quia fundamina sunt minora magnis.
 Raro Bibliotheca me nitore
 Valde nunc trahit Vniuersitatis,
 Quae custode suo vacat secundo :
 Et sunt deliciae meae vetusta,
 Numerum quoque res amata mire,
 Huic iuncta officio voluptuosa
 Occupatio, non labor, vocanda :
 Et vires mihi suppetunt ferendo

Huic, si nomen et hoc valet, labori :
 Et est cognitio satis parata,
 Et parabitur amplior, recensque.
 Est, quod praeterea ingeram modeste,
 Princeps! Hungariae tuae voluptas :
 Te, quod defuit usque, grande tandem
 Solamen populo tuo daturum :
 Si des huc hominem, quod est decenter
 Cautum, et illecebris quidem Latinis
 Imbutum haud modice, et sat eleganter :
 Sed et qui Patrio valere possit
 Fortiter calamo, et magis canoro.
 Hic ad Danubium canet superbum,
 Toto dulciter audiente Regno,
 Diuis Austriacis redire plenum
 Summumque Hungariae decus beatae :
 Sermone et Patrio vigente late,
 Hoc pro munere splendido perennes
 Docebit populum referre grates.

2.

Excellentissimo Episcopo Jaurinensi.

JOSEPHO FENGLER.

At iam sospes ades, Sacrate Praesul!
 Et Sponsae proprior, sinu reclinis
 In dulci, dominus superbiente
 Sedes arce, tuamque celsus urbem
 Despectas placide, tuo decenter
 Gaudentem reditu, tuique amantem,
 Ut pastoris amans sui tenellas
 Est grex, dum lateri accubat fidei.
 Respirare tibi a via molesta
 Cum satis l'ruit, bonus clientem
 Conspectu sine me tuo beatum,
 Et persolvere gratias benigno
 Quam possum tibi maximas Patrono,
 Et rogare iterum tuos favores
 Et porro faciles mihi ac perennes.
 Dedisti eximiae benignitatis
 Et multum specimen frequensque, dudum
 Et nuper, propere statimque semper
 Et miro studio meam levandi
 Dignam commodiore sorte uitam.
 In me confiteor lubens et vltro
 Prorsus nil adeo esse singulare :
 Quo sim dignus amore tam benigno.
 Hoc uno tibi mite cor movetur,
 Quod probus videor tibi, et modestus :
 Ardensque officij, et fidelis usque,
 Quamvis et modici parumque clari :
 Musasque interea, meum levamen,
 Quod satis placida colo Minerva,
 Tuas delicias, tuamque lucem.
 Pro multis meritis tuis, et amplis,
 Illis praeteritis, recentibusque
 Multas debeo gratias, et amplas :
 Et debebo diu, mihi superstes

Usque dum fuerit pusilla vita :
 Et dum floridulis morabor arvis,
 Te gratus memores canam inter umbras.
 At donec maneo satis sinistro
 Hoc orbe, assiduus licet, meaeque
 Multum amans Patriae, sed usque durae
 Tamen ; pauperie restrictus arcta,
 Quod non respicior satis benigne,
 Valde adhuc egeo tuo favore.
 Et quid tristibus urgeam querelis
 Sortem non mihi bene blandientem ?
 Quin prudentior audio quiete
 Aeternam leuis et vaga umbra Mentem,
 Mei sollicitam satis superque
 Admirabilis est hic ordo rerum,
 Quem mundo posuit potens Creator :
 Hoc ipso, quod opum vigetis alma
 Copia, et miseros oportet esse.
 Hos namque intuiti, palam videtis
 Demum, conspicue esse vos beatos :
 Et dextra miserante dulciorem
 Hanc vestram efficitis beatitatem.
 Ergo, cum Pater hoc velit supremus,
 Clementissime Praesul, et Patrone !
 Par est sic inopem esse me libenter,
 Egentem ut volupe est tibi iuvare.

3.

ANÁKREONNAK

XXIV. Éneke.

Hogy egyszer meg halok
 Kezdvén az életet
 Úgy jöttem e' világra :
 Már el tölt napjaim
 Miként folytak, tudom ;
 De végem függ homályban.

Komor gondok tehát
 Tőlem távozzatok,
 Mert nints időm reátok :
 Míg meg lep a' halál,
 Mosolygok 's tántzolok
 A' szép Bakkus fiúval.

4.

A' CIII. Zsoltár.

*Benedic anima mea Domino : Domine
 Deus meus magnificatus et vehementer.*

Tégedet dítsér, Uram, o nagy Isten !
 Téged' áld lelkem ; mivel a' tsodáig
 Fel magasztaltad magadat kezednek
 Drága művében.

Téged' ékesség arany öltözettel
 Fog körül, 's nyomban követ a' ditsőség :
 A' világoosság ragyogó ruhául
 Önti ki fényét.

Mint kies sátozt, az eget hegyünkbe
 Terjedő bólttal gyönyörűn emelked :
 Szépen eltöltvén levegő vízekkel
 Pusztá határit.

Néked a' felhők sebesen hajúlnak,
 Mellyeken, mint gyors szekeren, le szállasz :
 'S a' hová kedved viszen, a' szeleknek
 Szárnyokon indúlsz.

A' futó szellők, valamit parantsolsz,
 Hirdető hanggal viszik azt repülve :
 A' sebes villám szavaidra hallgat
 Szolga tüzével.

A' kerek nagy föld, mivel úgy akartad,
 Áll erős talpon, soha meg nem indúl :
 Bátor a' szörnyű özön el boritá
 Hajdan egészen.

Képtelen vólt még : de mihelyt szavadnak
 Harsogott minden tehető hatalma :
 Arra megrendűlt az özön, 's el oszlott
 Éktelen árja.

Már hegyek nőttek fel emelt tetőkkel :
 És alá szálltak ki szabott helyökre
 A' mezők, 's a' víz le szorúlt határba,
 Hogy ki ne tsapjon.

Most te völgyekben kutakat fakasztasz :
 'S áradásokból patakok tseregnek
 A' magas hegy közt, 's dagadó folyókká
 Válnak utóbbá.

Szomjazó barmod siet a' mezőről
 A' gyepes parthoz : oda jár hevében
 Pusztá barlangból ki szökő vad állat,
 'S édesen enyhül

Víg lakást vervén leveles burokban
 Zengnek itt égben repeső madarkák :
 Erre még versent tseveg a sziklákról
 A' feles ének.

A' mezőt 's termő hegyeket felülről
 Öntözöd, harmat, vagy eső szemekkel :
 'S bő gyümölsiddel te kegyes kezedből
 Megtelik 'a föld.

A' kövér réten terem a' baromnak
 Széna : szolgáltatasz füvet embereknek,
 'S kerti zöldséget : gabonát kenyérnek
 Földeden érlelsz.

'S a' kenyér, áldott adományod, ujít
 Lankadó testen : bor italtra a' szív
 Ébred, és vidúl az olaj kenetre
 A' komor artza.

Éltető nedvvel telik a' fa, 's indít
Bokroson hajtott levelekkel erdőt:
Fészket ott raknak verebid kereplő
Gólya fiakkal.

A' magas bértzek' ligetes homályát
Szarvasok vették menedék helyöknek:
Kő sziklák' horgadt üregökbe bátran
Rejtezük a' sül.

Változó holdnak bizonyos napokra,
Megtelő fényig, ki jelölted útját:
'S rend szerint a' nap mikor alkonyodjék,
Érti te tőled.

A' setétség is te szavadra támadt,
Azzal enyhítő nyugalomra éj lett:
'S ekkor a' rejtett vadak erdeikből
Dúlva ki kelnek.

Ekkor a' pusztán meg elhűlt oroszlány
Kölkek ordítanak, 's ragadásra készek:
Mint nagyatyjoktól, edelt, egy Isten!
Tőled óhajtnak.

Támad a szép nap ragyogó tüzével,
Összve gyűl a' vad, 's üregébe fordul:
A' nyugott ember ki megyen dologra,
'S fáradoz estig.

A' te munkáid nagyok és felette
Ékesek: mindent, Uram, o nagy Isten!
Böltsen alkottál, javaiddal a' föld
Gazdagon el telt.

Ott ama' tenger, nagy öbölre tágult
Mély vizek, melly sok csoda állatokkal
Bírnak: a' mellyek soha ember által
Számba nem esnek.

Széllyel úsztokban az öreg halakkal
El kevert apró falatok tenyésznek:
'S köztök a' kintsel rakodott hajókat
Úszni tsodálják.

Itt ez a' sárkány, iszonyú teremtmény:
Mind ezek, várván egyedül te tőled,
Tsak hatalmadtól edelt ohajtnak
Rendes időben.

Hogyha adsz nékik, veszik azt örömmel,
És ha megnyitván kezedet le nézesz,
Mindenek telnek javaiddal ég' föld'
'S tenger' öblében.

'S hogy ha artzáddal, haragodra kelvén,
Tőlök el fordulsz: komorodva tsüggnek,
'S lelkök el fogyván szomorú porokba
Vissza omolnak.

Hajlasz, és lelket te lehelsz beléjük
 Újra : már minden terem a' világon :
 Éledő földnek ki virúlni indúlt
 Színe meg újúl.

Szent ditsőséged soha meg ne szűnjék,
 O Kegyes Felség! vigadozz keznednek
 Terjedő és fen maradó művében,
 'S tartsd meg örökké.

O! bizony nagy vagy, nagy erőd hatalma :
 Ime, meg rendül, ha reá tekintesz,
 A' kerek nagy föld : ha kezdeddel éred,
 Gőzölög a' hegy.

Néked éneklek, valameddig élek,
 Kedvesen hallgasd szavamat, ha dítsér :
 Hagyd, gyönyörködjék egyedül te benned
 Szíves imádód.

Fogyjon el minden gonosz e' világon,
 Adjad, egy bűnös se legyen közöttünk :
 Gerjedő lelkem kegyes emberekkel
 Tégedet áldjon.

5.

TAKÁTS JÓZSEFRE SZERENTSÉSEN SZÜLETETT KÖLTŐRE.

Drága Természet! mikor e' világra
 Gyenge kebledből ki borúlt Takátsom :
 Őtet, úgy tartom, magad is mosolygón
 Nézted előtted.

A' Kegyek, látván örömd' telését
 Boldogul meg lett Fiadon, siettek :
 'S váltva fel kapván kiki gyenge tsókkal
 Nyomta magához.

Igy szorúlt mindjárt bele a' sok édes,
 A' sok érdeklő, nemes, és szökellő :
 A' mivel bír most jeles énekének
 * Tiszta folyása.

O te! Kit versem' szeretése vonzott,
 Már ezért szépet ne rebegj felőlem :
 A' mi vólt bennem, szomorú szerentsém
 Már is el ölte.

A' mit itt várnál, leled azt Takátsban,
 Itt telik kényed, bizony, oly tsodádra :
 Károdát bennem hogy igen tsekélynek
 Tartod ezentül.

Tsak te már jobban mosolyogj reája,
 Szép Hazám! szebben gögyögess Fiadnak :
 Nem terem minden kikelettel ilyen
 Ritka virágod.

6.

GÖRÖG DEMETERNEK,

Igen Kedves Barátomnak neve' napjára.

Üldöző tzélul veve a' szeretse :
Mindenütt nyomdos, valahol lehetne
Sorsom' ügyében örömet remélnem,
Mostoha hozzám.

Nem tehet még is fene mérge annyit :
Hogy Barátimban, noha nem sokakban,
Ám de hívekben, ne vigadjak én is,
'S vélek elégszem.

Hogy szeretsz, abban vigadok, Demétském !
Jámbor életedben vigadok nevedben :
Mellyet a szép hír követ, és ditsőség,
Tetszet az érdem.

Fényesen támadt napod engem' ébreszt,
Éneket mondok neved ünnepére :
Mind öröm nékem, de kivált ma, a' mi
Tégedet illet.

A' nagy Istenség, Ura e' világnak,
A' kitől éled kitsiny és nagy állat,
Számos esztendő't örömödre nyújtson
Tellyes erővel.

Életed nagy kints, bizony, a' Hazában,
A' kinek szolgálász igazán 's erősen :
Nem külön hasznot, de igen tsoportost,
Hajtasz ölébe.

Kollonits vérnek nevelésed által
Támadó fényét Haza' oszlopául
Várja már tőled, fog is egyszer érte
Áldani népünk.

Nagy panasz, mellyel kesereg gyakorta
A' Magyar, hogy hűl igen a' Nagyokban
A' Hazát buzgó szeretet, 's el alszik
A' Magyar erkölts.

Nem lehet másként, mikor a' ki Úrfi
Tsak bitang vérdő nevelőre hallgat,
'S gőgös utálást veszen a' Hazához
Gyenge erébe.

'S még ne boszszonkodj ! ha, ki ellenére
Jár egy Országnak, veszedelmed' árrát
Éktelen bérrel szedi torkig úszó
Asztala mellett.

Boldogabb Úrfid, kit okos Szüléi,
Gondosan tartván idegen tsodától,
Néked, a' köz jót szerető Magyarnak
Adtanak által.

E' dolog mellett teik érkezésed
Többre is, lelked nem elégszik egygyel:
Íme fel készülsz felesebb javára
Drága Hazádnak.

Írtak Újságot, de magán haszonra,
Mások is: néked nemesebben érzett
Szíved, a' hasznot te nagyobb haszonnal
Viszsza repíted.

A' folyók rejtett ereken ki forrván
Tenger' öbléből, mikor elterülnek
Szélesen, bővebb hab özönnel öntnek
Viszsza fejükbe.

Úgy teszesz: gyűjtött aranyod ki terjed:
Ösztönül azzal fel emelsz sok Irót,
Sok nevendéket, te kezéd gyümöltse
A' Magyar Atlás.

Látja ezt sok Nagy, de betsül is érte,
Kit te még inkább le tsatolsz magadhoz
Jámbor erköltsel, szeretetre méltó
Tsendes eszeddel.

Nő ditsőséged, ha nem is sopánkodsz
Érte, mint ott sok buta elme bódúl,
Kit kevély lélek ragadoz magasra,
Hogy le taszítsa.

Nő ditsőséged, 's mivel oly szeliden
Hajt erő nélkül gyökeret magának,
Vastagon terjed, meg is áll örökké,
Mint jeles Oszlop.

7.

HENDECASYLLABI.

Anonymo Amico Auctoris Carminis *Ünnepi Vers* traditi sunt, nomine Budensis Procuratoris suppresso, eo fine, ut Autori communicentur. Quia tamen autographum ita detritum est, ut in plurimum antea manibus versari debuerit, una cum refutatione Anonymi plures legunt, Autori transmittunt, ne suppressi esse videantur Budamque remitti possint.

Antistrophe.

Quoi sunt *második harmadán* decem bis
Et tres: Anticyrae ♀ gradum resumsit. ♂
Sic doctissima Sphinx sibi videtur.
Verum 'st non facit vna ver hirundo: 24
Sed cernunt quoque mille noctuae nil, ♂
Regnes Phoebe licet. Nec eruditis
Actis congrua Lipsiensibus sunt, ⊙
Quae dein futilis hinc et inde futit:
Verum fontibus ex criteriorum
Horum, vel parium, licebit, hausta
Ceruas; ut vetulae solent crocire: →
Tehén úton czamangó, ♀
Vasat egyél, lánczot szarj. ♀

COMMENTARIA.

Ne putes, in tui gratiam, Lector amice, notari loca quaequam, sed illius hendecasyllabographicae Sphingis, quae nec arithmetice accurate nouit.

♁ Helleborus, herbae species ibi nascitur, non laurus.

♃ Bis fuit helleboro, non lauru tempora cinctus.

♃ Quaenammodum vna hirundo non facit ver; sic vnum carmen Poetam, vna oratio Rhetorem non efficit. Erasmus hic. Adagium parum dicit, plus significat.

♂ Hic tam est obscurus, quam *göcs*.

⊙ Hic commentari nefas.

⇒ In manuscriptis inueniuntur et hi versus mutationis ergo.

Vt blaterant anus loquaces, Ut dirum batrachi palude strident, Baubantur rabidi vt canes Dianae Ad fulgorem.

Placet *rabidi*; nam hellebori praecipuus usus est in educendis noxiis humoribus principis animae facultatis sedem infestantibus, et melancholicis furiosis, et comitiali morbo laborantibus dari solet.

♀ Vide Baróthi Szabó Daud', *Ki nyertes* pag. 74, et Révai Miklós *Énekei* pag. 328, sine ultima in Menda emenda. Quoniam Duumvirorum carmina omnium manibus teruntur, pagellam indicasse sufficit.

♀ *Könyi, Mindenkor nevető Demokritus*. Puto te duabus editionibus Demokriti saturum esse. In Tertia pacti sunt duo hajdones, ab alterutro vetulam oporopolam dicacitate vinci non posse. Post multa dicteria, ultro citroque iacta, hajdo vetulam versu tertio decimo compescuit.

8.

Metastrophe Ad Antistrophen Marsyae Nefastuli Obscuriloqui.

Pellem Corpore Marsyas renatam
 Saucio ferre miser nequit furore:
 Infelix iterum lyram resumit,
 Natus sidere pessimo ad canendum,
 Adsuetus tenebris suis nefastis.
 Sed hunc tu, Pater elegantiarum,
 Et lucis Deus, o potens Apollo!
 Si curae tibi sunt nouem Sorores,
 Castarum chorus elegantiarum.
 Hunc tu, ne tua polluat deinceps
 Profanus sacra, stipiti, ut meretur,
 Cognato religa, et silere docto
 Pellem detrahe grauius secundam.
 Helleborum quae terra ferat, quosque utilis herba
 Depellat morbos, te bene nosse probas:
 Ut bene nota tibi prosint, cur negligis usum?
 Turbatus mentem cum satis ipse furas.

9.

*Reverendissimo Domino
 Michaeli Antonio Paintner,
 Praeposito Rátothensi,
 Joannes Nicolaus Révai
 amico reualescens hospitio,
 grati, ac memoris animi ergo.*

1800.

Unicus es, Michael! numerosos inter amicos,
 Foedere coniunxit quos mihi longa dies;
 Unicus, ac solus; qui perstas usque fidelis,
 Alterni constans semper amoris amor.

Taedia fert secum, capitisque obliuia cari,
 Serum tempus, edax hac quoque parte malum :
 At nostris vitium nil temporis officit annis,
 Quintum iam lustrum qui prope conficiunt ;
 Usque recens noster calet ignis, perpete flamma,
 Et rumpunt nostram taedia nulla fidem.
 Discidunt animos alio loca dissita coelo,
 Nexaque longiquus corda resoluit amor :
 Interualla tamen non sunt ita noxia nobis ;
 Haerent disiunctis vincula nostra locis.
 Fulgida cum veteres mutent subsellia mores,
 Sublatisque oculis ima placere negent :
 Non haec debilium infecit tua pectora labes ;
 Maior, at usque lubens, inferiora vides.
 Non mihi, quo fulges, rapuit te splendor honoris,
 Infula te socium non vetat esse meum.
 Atque haec tam tenero veniunt mihi signa calore,
 Torpeat ut fixo lumine vulgus iners :
 Alto, nil meritum, quem fert sors caeca volatu,
 Atque supercilium tollere stulta iubet :
 Nescio, quod dispar etiam genus, indice veste,
 Turgentem cogat quaerere fastus atrox.
 Tu meliora tenes : animi nam recta tuentis,
 Et non pallioli, te trahit aequus amor.
 Iudice tam sancto, vis te mihi iunxit athena,
 Jam prope blanditiis inuidiosa suis.
 Nam quoties, seu composito, seu forte relectus,
 Sistit congressos ille, vel iste, locus :
 Nos, circumfusae spectacula pulcra coronae,
 Ceu fratres vna de genitrici sati ;
 Alter in alterius complexum fundimur ultro,
 Accipimusque audis oscula pressa labris.
 Tum vero abripimur fando, et longissima nostris
 Aegre sufficiunt tempora colloquiis :
 Nec faciles, urgente licet, diuellimur, hora ;
 Praecipiti, querimur, labitur hora gradu.
 Largius indulgent animis tua frondea rura,
 Hospitium aeternis nobile deliciis.
 Totus amicitiae sinus hic mihi panditur, et me
 Exceptum dulci totus amore fouet.
 Mille ioci, ac teneri me circumstare risus
 Certant, in serum garrula turba diem.
 Hic mihi diffugiunt mordaces pectora curae,
 Mollibus in stratis ducitur alma quies.
 Cum dapibus fruor innocuis, sapor inditus ipsa
 Diuum me recreat suauius ambrosia.
 Castos limpidulo quos haurio fonte liquores,
 Nectar, vel nitidi sunt Heliconis aquae.
 Hoc, reor, est, mihi quod Musae quoque fronte serena
 Hic magis arriident, suppeditantque lyram.
 Ista mihi, digito lyra sollicitata recenti,
 Hic saepe increpuit viuidiore sono.
 Et quae, discedens etiam, felicius unquam
 Ad paruum cecini carmina sera focum :
 Hic inflammatus dedit illa beatior ignis
 Id calor hic haustus continuauit opus.
 Jam mihi, qua possim et cupidam dape pascere mentem,
 Coelestem retegit bibliotheca penum :

Ut satis est ruri, bene lectis plena libellis,
 Et tota, ut Domino, sic reserata mihi.
 Saepius hic latui, pluteisque reconditus ipsis,
 Pressi detectas Euclio gnauus opes.
 Haec me nunc iterum, veterem complexa sodalem,
 Multos iam soles hospita tecta fouent;
 Expertum magnae sudantia balnea Budae,
 Et validam, Medici! quam properastis, opem:
 Ut mihi, siqua datur vitae mora, munere vestro,
 Tardaret celerem mors reuocata necem.
 Eheu! vita sedens, studio demersa perenni,
 Laxatis membris, quae mihi damna tulit?
 Aurea vena, malum primum, vitiata tumore,
 Jam dudum, ignito saeua dolore, furit.
 Huic comes accessit vagus humor, membra pererrans
 Et caput, et capitis sidera moesta mei.
 Sanguinei turgent oculi, penetrante sagitta,
 Occiput et miserum, pallidulaeque genae.
 Brachia quin etiam findit fluor iste malignus.
 Atque ministerio reddit inepta suo.
 O Superi! prohibete malum: namque ipsa subiuit
 Interiora mei corporis atra lues.
 Hoc vitio pulmo mihi vix respirat anhelus,
 Heu! pituitosae tristia signa phthisis.
 Ut nocet omne mihi frigus, tussisque recurrit
 Ut subito, lateri tussis acerba meo!
 Spes tamen affulget melior, reualescere sensim
 Occipio, et sensim languida membra vigent.
 Sed quod proficio, gelido de funere raptus,
 Debeo fomentis, Hospes amate! tuis.
 Est prior omnis amor dulcis mihi, dulcior iste
 Sed reliquis, fugiens quo mihi vita redit.
 Hic facit, ut tibi nunc properans haec carmina condam
 Signa animi grati qualiacunque mei.
 Tam meliora canam, recalente valentius vestro
 Pierio, postquam fortius inualui.
 Utraque sera leget, nisi me praesagia fallunt,
 Posteritas, meriti praeco futura tui.

10.

Illustrissimo Domino
JOSEPHO MÁRTONFI,
Transilvaniae Episcopo Inaugurato,
Amico, et Patrono,
adplaudit
Jannes Nicolaus Révai.

Tu mihi, blanda chelyis! curarum dulce leuamen,
 Et summum quondam tu mihi delictum:
 Labitur, heu! prope iam lustrum, quod inutilis haeres,
 Forsan et indigno iam vitiata situ.
 Degenerat certe, ac tribulos fert, tristeque gramen,
 Tam longum nullo vomere cultus ager:
 Lenta rubigo diu pendentia militis arma
 Laedit, ad hostilem non valitura necem.
 Turbidus et rerum cursus, munusque molestum,
 Et morbi tristes haec peperere mala:
 Ut mihi, multa sonans olim, iam muta iaceres,
 Horrendum densis obsita pulueribus.

Sed tibi detergi hunc luctum, chordsque recentes
 Laetius intendi, vult sacer iste dies :
 Inspiratque nouum, valeam quem ferre calorem ;
 Ut tremula, aeger adhuc, voce, lyraque canam.
 Exigit hoc amor in socium, comitemque iocorum,
 Quos in Parnasso lusimus Hungarico ;
 Ad molles numeros, illi dum iunior aetas,
 Et dum publica res, ocia plura dabant.
 Hoc mens grata iubet, quam poscit iure perennem
 Dulcis solator fluctibus ille meis :
 Curis cum iam distentus grauioribus, ipse
 Ludere vix posset, sed mihi praeses erat.
 Publicus hoc plausus petit, ac sollemnia sacra,
 Concelebranda piis et mihi carminibus :
 Quando et virtuti video sua praemia reddi,
 Et patrio nasci commoda tanta solo.
 Ergo, nouus Praesul, sacras Mártonfius aras,
 Celsior, et cultu splendidiore tenet.
 Consilii plenum rutila caput ille tiara
 Cingitur, et prendit pontificale pedum :
 Annulus in digito, fidei sacer obres ; et alma
 Pectore crux, hominum clara salute, micat.
 Jamque pius gestit populus, sanctusque Sacerdos,
 Et gaudet Sponso Spona beata suo :
 Spemque capit rerum ingentem, secura futuri,
 In Transiluanis sola locata iugis.
 Et quid non, explorata deprode, bonorum
 Confidat votis Patria laeta suis ?
 Illius in gremio, pulcro spectata theatro.
 Multa minor gessit, perpete digna nota :
 His maiora geret maior, nec ludimur illa,
 In natale solum qua pietate calet.
 Acrior haec erit, aethereo quod sanctius igni
 Juncta, duplex didicit conciliare bonum.
 Nam memor est, quae praecipiat, lux gentibus olim,
 Paulus, diuino grandior eloquio :
 Infido quam sit peior, qui, corde gelante,
 Cura destituit viuidiore suos.
 Hic igitur, sacro Domini non segnis in Agro,
 Praestabit, quod et hac parte laboris erit.
 Plantabit laetis viridantia germina sulcis,
 Doctus sincerum credere semen humo :
 Euellet tribulos et iniquas frugibus herbas,
 Et sata promptus aquis nutriet irriguis.
 Lustrabit Pastor quoque lumine prata fideli,
 Pascua ne noceant non satis apta gregi :
 Tentantes aditum tenebrosa per ostia fures,
 Acerbitque, ouibus certa pericla, lupos.
 Jam, patriis columen rebus, quam fortiter idem
 Depellet caris tristia damna focis.
 In commune bonum, floremque, ut feruet amore,
 Utilibus iunget pervigil omne decus.
 Haec ego dum memoro, quae me vox turbat ouantem ?
 Ausculto, et comitor lene sonante lyra.
 Autumo, mater ea est ; aliquid distinctius orat :
 Gentis desidiam, saepe reiecta, timet.
 Quae mihi praestiteris, bene Transilvania noui,
 Firmata excubiis, dulcis alumne ! tuis :

Cum tu consuleres Studiis, illustre Senatus
 Membrum, incorrupti non sine laude viri.
 Nuper ego mater, nunc iam prope nata, cliensque,
 Te grandem Patriae Fatribus adnumero.
 Macte animo, vere Pater esto, potentibus ausis
 Fac vigeant, quae tu commoda sparsa cupis.
 Pulcrum est, quod fouet incoctum tibi pectus honesto,
 Mensque agitat magnis prouida consiliis.
 Gaudia praeripio, tibi sit modo longius aeuum,
 Non erit auguriis spes mea lusa suis.
 At, mihi quae de te felicia spondeo dona,
 Nec minus et populo grata futura meo:
 Non tibi postremus sit in his labor, urgeo supplex,
 Sermonis patrii, flosque, vigorque recens:
 Nam scio, sollicitum quis cor tibi concitet ardor
 Hoc quoque adornandi, quod mihi posco, decus
 Consistat pede iam firmo, me saepe dolente
 Sumta, sed instabili cura remissa noto.
 Blandius haec fari, cumprimis ultima, meque,
 Nescio quid nictans, stringere visa fuit.
 Si fortasse meo rediuius funere surgam,
 Ut spes est, medica restituendus ope:
 Quam mihi concedent tranquillam fata senectam,
 Sub Patrocinio, Praesul amate! tuo:
 Hoc, puto, me monuit, gremio complexa fauente,
 Vude reuiuiscens protinus incalui:
 Haec ego, secedens ab iniquo turbine vulgi,
 Impendam innocuis tempora literulis:
 Coeptumque angebo patrii sermonis honorem,
 Teque cygnus viua vel moriente canam.
 Quae modo pango, tuis extrema Bacuntia sacris
 Plaudit, meque suo murmure laeta iuuet.
 Sic iuuet et vires reparantem, et laude sit ista
 Rátothense mihi dulcius hospitium!

Közli: DR. RÉCSEY VIKTOR.

DÖBRENTÉI IRODALMI MUNKÁSSÁGÁHOZ.

Döbrentei Gábor hagyatékából több érdekes és fontos irathoz jutva, azokból néhányat alább közzé teszek.

Talán a legérdekesebb az a kérvény, melyet Döbrentei Kisfaludy Károlylyal együtt nyujtott be a nádorhoz és a helytartó tanácshoz, az iránt, hogy egy *Árpádia* című folyóirat kiadását engedélyezzék a folyamodóknak. Jóllehet a helytartó tanács megadta az engedélyt, de az *Árpádia* sohasem látott napvilágot s nem lett egyéb egy füstbe ment tervnél. Mi volt az oka — hogy nem jelent meg, megtudjuk Döbrentei nek egy Berzsényihez irt 1828 martius 12-én, Budán kelt leveléből, — melynek, ha hitelt lehet adni — nagyon kicsinyes oka volt. Magam is tapasztaltam, a mit Toldy Ferencz az általa rendezett Berzsényi munkái végén említ, — mily lelkiismeretlenül közölte a Berzsényire vonatkozó levelezést Döbrentei s hogy nem csak kihagyott a levelekből,